

dium, quam humilitate spuere ac despice-
re seipsum. Pende in visionem tractum.
Interrogatus, si quid videret, respondit:
Videbo homines veluti arbores. Homines ita?
Verf. 24. Micat adhuc in latebris philantia. *Vident*
homines veluti arbores. Vident Moysen, &
non vident. Vident homines: homo est enim
Chryfost. *Isaias, Ieremias, omnes Prophetæ homines*
sunt. Ergo rationales Prophetas non vi-
dent quasi homines, sed quasi arbores. Huc-
usque Chryfost. Homil. 9. in Marc. Non-
ne videtur philantus, qui sicinè videt cæ-
cus? Amor proprius cunctos despicit, dum
lumina in se retorquet. Si videt præ se uni-
versos arbitratur indignos: unde ut clarè
videat, saliva ducenda ad oculos; equi-
dem inter tot tantorumque virorum mul-
titudinem, sese adamando non reputavit
hominem. Homines erant & excellentes,
quos viderat; verum amore proprio cæcu-
tiebat, quo pervertitur iudicium & iuxta
nobile obiectum: unde cæco istiuscemodi
saliva necessaria, ut clarescat emortua lu-
mina iudicij veritate, mentis illuminatio-
ne: etenim dantaxat cæca philantia qui-
bat homines excellentes arbitrari tanquam

Quo philan-
tus despicit
quodcumque
videt.

ligna. Adhuc hic non videt clarè, confu-
so lumine. Ampliore remedio indiget. Bis
medicandus. Caput pharmaco geminato
videre. Ergo non videbat pridem. Sane:
igitur præclaros homines conspexerat qua-
si stipites. Caput videre & restitutus est,
ita ut clarè videret omnia. Philantia con-
stituit cæcum, hominem singularem iudi-
cans truncum. Ex claritate animi, cla-
ruerunt oculi. Quæ prius invisa clara, &
clara omnia: equidem iam eximium, quod
despectum in primo iactu oculorum. In se
spuro restitutus, qui videbat cæcè: & cæ-
pit omnia videre, dum vidit clarè; quippe
quos pridem primo aspectu reputaverat ar-
bores, vidit homines insignes. Constat
ergo quam superba philantia, inutiliter
gloriosa, undique cæca, cuius viscera in-
fiata aëris tumore, vanitatis prurigne:
igitur prius cæcum philantus æstimabit to-
tum mundum, quam se confiteatur cæ-
cum. Hic non tantum error, sed furor.
Dicam misero cum Iuvenale Satyr. 3.
v. 292.

Unde venis? Cuius acetos?
Cuius conebe tumes?

Verf. 25.

Unde vel in
ipsa visione
cæcatur

Iuvenal.



TAU.

TAUTOLOGIA QUARTA.

**DOMINUS IPSE EST DEUS, ET NON EST,
alius præter eum.**

Deuteronom. 4. verf. 35.

EXPOSITIO LITERÆ.



HÆC est vita æterna, ut cognoscant te. Ipsi verò
non cognoverunt. Quomodo cognoscant, quem
miserunt Iesum-Christum? Usque in hodiernum
diem velamen positum est super cor eorum. Ead-
em Tautologia habetur ibid. v. 39. additurque:
In caelo sursum, & in terra deorsum, de quo Tau-
tolog. 6. Hæc posteriora dicuntur à Moysè mini-
mè ut Dei exprimat immensitatem; sed quia
cum Hebræorum propensio in adorationem ido-
lorum, seu imaginum cunctarum rerum in ca-
elo sursum, & in terra deorsum, sive speciosa-
rum, sive horribilium; Solis scilicet, Lunæ & Stel-

larum, reptilium, talparum & serpentium (ut fusè egimus *Tautolog. prac.*) remove-
re tendit illos ab idololatria. Quapropter, ut optime observat hic Caietanus, postquam
Moyses indicavit (vel potius inhibuit) idola non colenda: quippe in illis nulla Deitas;
modò profert, Deum colendum, quoniam Deus verus. *Non est alius præter eum.* Biblia
Antiq. *Non est alius præter unum.* Unus colendus est, non multi, uti Gentiles colunt;
quia ipse solus & non alius. Est in caelo sursum & in terra deorsum Ethnicis fingant Nu-
mina, sunt prorsum vana: igitur Deus ipse Deus solus & unus, nec alius est Deus, nec
potest esse. *Una inducitur humanis virtutibus regula* (ait vel Ethnicus Stoicus Cordu-
benis, *Epist. 66.*) *una enim est ratio recta, simplexque. Nihil est divino divinius, cæ-*
lesti celestius. Mortalia eminent, cadunt, deteruntur, crescunt; exhauriuntur, imple-
tur. Itaque illis in tam incerta sorte inæqualitas est: divinorum una natura est. Et Or-
pheus apud Clement. Alexandr. lib. 5. *Stromat.*

Impertum unum est, unus princeps lumine replens
Cælum: facta in eo sunt, in quo & cuncta moventur.

Hinc emphaticum ly *Ipse*, ante *Non est alius præter eum.* Q. d. Solus. Solus Do-
minus est Deus. Claret ex cap. 32. 12. *Dominus solus dux eius fuit: & (pro idest)*
non erat cum eo Deus alienus. Et v. 39. *Videte, quod ego sim solus, & (nimis, vel*
ita) non sit alius Deus præter me. Hebr. & Caietanus: *Videte nunc, quod ego ego ipse,*
& non Elobim mecum. Idem Maluend. Unde Bernardus lib. de *Confid. ad Eugen.* cap.
6. *Ipse sibi (inquit) ipse omnibus est: ac per hoc quodammodo ipse solus est, qui suum*
ipsum est, & omnibus esse. Et cap. 7. subdit: *Purus, simplex, integer, perfectus, constans*
sibi, nihil de temporibus, nihil de locis, nihil de rebus trahens in se, nihil de se deponens
in eis: non habens quod ad numerum dividat: non que colligat ad unum. Unum quippe
est, sed non unitum. Non est compositus Deus, merum simplex est: & ut liquidò nove-
ris, quid simplex dicam; idem quod unum. Tam simplex Deus, quam unus est. Est
autem unus, & quomodo aliud nihil. Si dici potest, unissimus est. Unus est Sol, quod
non sit alter: una Lana, quod aque altera non sit: atque id quidem Deus, sed plus.
Quid plus? Unus est etiam sibi. Hoc vis tibi declarari? Idem est semper & uno modo;
non modò unus sibi; & in se unus est. Nihil in se nisi se habet. Dilucidè prorsus & ner-

Bibl. Antiq.

Unus Deus

Senec.

Orph.

Et pro Idest,
Nimirum,
Ita.

Quomodo
Deus unus
& solus?

Bernard.

Yo

Ipse pro solo. vosè. Exprimat namque quomodo unus, & quomodo solus. Quod per ipse intelligatur solus, constat ex alijs Scripturæ testimonijs. Roman. 11. 36. In ipso sunt omnia: scilicet, solo. Psalm. 101. 28. Mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse (solus) es. Proverb. 9. 12. Si sapiens fueris, tibi metipso eris: si autem illud, solus portabis malum. Ubi perspicuum ipse, & solus pro eodem. Quare sensus testimonij est: Solus est Deus, & ipse solus: & ita solus, quod nullus cum illo, nec præter illum. Ideo exergalice, accepto & pro particula rationali, dicitur: Ipse est Deus & (quia) non est alius præter eum. In eodem sensu invenitur etiam apud Ethnicos. Homer. 10. Odyss. v. 32.

Homer.

Ovid. Plaut.

Unum quomodo prædicatur de Deo Suar.

Latian.

Ethnici cogoverunt unum Deum.

Sophocle.

Ophi. Soran.

Eurip.

Pedem ipse navis movebam, nec cuiquam alij Dedi sociorum: Hastam non poterat alius Tractare; sed ipsam solus sciebat vibrare Achilles. Infit idem 19. Iliad. v. 387. & Ovidius lib. 1. Trist. Eclog. 1. v. 100. Nam ea vel nemo solus Achilleo &c. & Plaut. in Asinar. Act. 1. scen. 3. v. 12. Solus ductato, si semper solus. Non est alius præter eum, idem est, ac unus est, uti dicitur Deuter. 6. 4. & 1. Cor. 8. 4. Nullus est Deus, nisi unus. Hocine argumentum sequitur ac roborat Angelic. Doctor pro septem supra decem diversa media. 1. Contra Gent. cap. 42. & 1. p. 9. 11. etiam Exim. Suar. tam hic cap. 6. quam in Metaphys. disp. 29. sect. 2. & 3. & 30. sect. 10. Qui quidem doctissime observat, Unum prædicari de Deo affirmativè & exclusivè. Primum, quia est unus ea ratione, qua ens, quia in se indivisus: alijs non esset ens, sed entia. Secundum, quia præter illum, nullus est verus Deus, neque esse potest. Quod rotum constat ex textu præsentis Tautologiæ. Affirmativè, ipse est Deus: exclusivè, Non est alius præter eum. Ethnicos agnovisse Dei unitatem probant Clemens Alexandr. ubi supr. & Eugubini. lib. 3. de Perenn. Phylsoph. cap. 7. Apud Lactantium lib. 1. cap. 64 hæc inveniuntur.

Sophocles apud Hecataem, & Leonard. Marium, Prolegom. in Sacr. Script. sect. 3. n. 263.

Affirmativè & exclusivè hanc unitatem apud eisdem tribuit Deo Orpheus in Hymn.

Valerius Soranus apud Delr. in Hercul. Fur. 2. Comm. v. 47. & Euripid. in Helen. v. 497.

Unde Synesius in Græcos Ethnicos plura de unitate dicit; sed multa catholicè nequeunt intelligi, quippe vel ludrica, vel erronea, etsi cogitentur metaphorice dicta. Appono, ut separet pretiosum à vili. Sic ita accinit Hymn. 3. & 4.

Unitas unitate prior: entium semen, Omnium centrum, aterna mens, mundi radix, Rerum ab initio creatarum lux undique collucens, Veritas sapiens, fons sapientie, mens recta, Et proprijs fulgoribus, oculus tui ipsius, Fulminum potens, seculorum parens, Saculorum vita, superans Deos (idest Angelos.) Superans mentes, & in diversas partes versans, Mentium parens mens, originem præbens Dijs.

Spi.

Spirituum opifex, & animarum altor, Fons fontium, principiorum principium, Radicum radix, unitas unitatum, Numerorum numerus, unitas & numerus, Intelligentia & intelligens, & quod intelligi potest, Et ante id quod intelligi potest. Unum & omnia, Unum autem omnium, & unum ante omnia. Semen omnium, radix & summus ramus. Natura inter intelligentias, femina & mas. Tu es quod parit, tu es quod paritur, Tu qui illustras, tu qui illustraris, Tu qui appares, tu qui occultaris propria luce. Unum & omnia, unum in teipso & per omnia. Natura ineffabilis ante naturas omnes. Natura es naturarum. Tu naturam fovet, Originem mortalium immortalis. Per te natura suprema, media, infima. Unitas unitatum pater patrum, Principiorum principium, fontium fons, radicum radix, Bonorum bonum, sacerum scias, mundorum munde, Idearum idea, immensa pulchritudo abstrusum semen, Pater ineffabilem intellectuatum mundarum. Mens mentis, animarum anima, natura naturarum.

Synes.

Socrates da matus, quia unum tantum Deum dicebat. Diog. Laert Bion.

Plerique Orthodoxi autumant nunquam credi nisi à turba Ethnicorum plures esse Deos: sapientes autem semper unum cogitarunt, & in publico morigerabantur turba, ne uti Socrates, qui ausus propalam, cicuta traderentur. Unde Aristoteles interrogatus ab amico, cur fugisset Athenas, respondit: Ne iterum civis peccent in Philosophiam. Consulte Diogen. Laërtium in illorum vit. qui in Stilpone, ait: Cum rogasset illum Crates, An Dii essent? Noli me, inquit, fatue, in via de bistre rogare, sed solum ac seorsum. Hoc ipsum, & Bionem interrogatum, An sint Dii dixisse traunt: Tu ne senex turbam à nobis propellere curas.

Geofredus Linocetius in Mytholog. Musar. & Ravif. Textor lib. 4. Offic. cap. 2. dicunt: Illi ex unitas Dei contemplatione, quem colimus, & reveremur; vel certe plurimorum Deorum consideratione, quos induxerunt Antiqui; non quod infinitos Deos numero arbitrarentur (hoc enim nec leges nature pati possunt) sed vim & potestatem unius infiniti per omnia diffusam cum existimarent, diversa imposuerunt nomina: & ab uno Iove, cui reliqua Deorum caterva affinitatis vinculo coniungitur, veluti fonte in multos rivulos. Stoici (ait Delr. in v. 47. Senec. Herc. fur.) unum Deum pro varijs actibus & potestate, varia nomina habere censebant. Ideo unum, eundemque modò Iovem, modò Neptunum, modò Plutonem vocat unum: & unam eandemque Iunonem modò sic, modò Amphitriten, modò Proserpinam dici. Hinc Ovidius in Fast.

Linocer. Ait dicitur unum nomen dicitur.

Ovid.

Silicet æterno voluit rudis illa vetustas Nomine, diversas significare vices. Potestatem iuxta unum Iovem, inquit Laërtius in Zenon. vocabant Dia, quòd per ipsum sint omnia Zeëna, quod vita omnium sit auctor. Athenam, quia in aethera imperat. Eëran, quod in aëre. Eëphæston, quod in igne. Poseidona, quod in aqua. Deemeteran, quod in terra. Itidem & appellationes alias probabilis quadam ratione Stoici dididerunt. Idem asserit Aristoteles lib. de Mund. ad Alexand. Apul. etiam de Mund. ad Faust. & confirmat Clemens Alexand. loc. præfat. Hæc omnia cognomina imposuerunt uni Deo (inquit August. 7. de Civ. cap. 11.) propter causas, potestatesque diversas: Cogito etiam posse responderi, & ipsam Iunonem nihil aliud esse, quam Iovem secundum illos Valerij Soriani versus, ubi dictum est:

Laert.

Augustin.

Val. Soran.

Iupiter omnipotens regum, verumque Deumque Progenitor genitrixque Deum.

Synes.

Sic supr. Synesius. Femina & mas: tu es quod parit, tu es quod paritur. Cogitabant marem, quasi virtutem emitteret, & feminam quasi formaret; quin novum sit apud Ethnicos: Venus barbata non alia causa dicebatur. Aspectu quidem virili, sed multibrem habitum gestabat: ait Alexand. Neapolit. ex quo Chartar. de Imag. Deor. fol. 350. Deus.

Venus barbata cur? Deus.

Deus pro Dea sapē. Seneca In Hero. Furent. v. 384. Sequitur superbos victor à tergo Deus: idest, Dea victrix Nemesis, Iustitia, Adrastia, seu Rhamnusia. Plautus vocat Venerem Deum in Pœnula, Act. 2. v. 10. dicens: Deum esse indignam. Virgil. 2. Aeneid. v. 632. de Venere educente è flammis Æneam, ait: Ducente Deo flammam inter & hostes. Calvus: Pollentemque Deum Venerem. Vide plura apud La-Zerd. in loc. citat. Virgil.

6 Ægyptij ideo cunctorum catervam Deorum in Osiridem & Isidem referebant, ut observat Plutarchus in libell. eiusdem tituli. Ex quo patet (infit Kircher. in Obelisc. Pampbil. lib. 3. cap. 9.) Ægyptios diversitate nominum, que Deo affingebant, nihil aliud nisi diversos Unius Dei in mundo producentis effectus inmisisse: ab Hebræis & Chaldæis, ut ego arbitror, edocti, qui omnes Dei effectus notabiles totidem nominibus exprimebant. Hinc ex essentiali nomine Tetragrammaton, & ut ipsi vocant Iehova, deducebant duodecim alia, ex hoc iterum 42. & demum 72. Si scire cupis, videbis ipsum seq. cap. 10. Leonard. Marium fufissimè Digress. de Nominib. Dei, ad cap. 15. Exod. Villalpand. in 18. Ezechiel. Bonfret. & Alapid. etiam latè in Exod. 6. 3. ideo dicebant Pana, idest, omnia; pro quo Orpheus in Hymn. in Iovem cecinit.

Iupiter omnipotens est prius, & ultimus idem, Iupiter est caput, & mediam, Iovis omnia munus: Iupiter est fundamen bumi, & stellantis Olympi. Iupiter & mas est, & nescia femina mortis. Spiritus est cunctis, valdi vis Iupiter ignis, Et pelagi radix, Sol, Luna est Iupiter ipse.

Ad Solem ergo, qui Dei perfectius symbolum, quoniam omnia & solus, cuncta Numina refert Macrob. lib. 1. Saturnal. à cap. 17. Hincque dicit: Sicus unius Dei effectus varios pro varijs censendos esse numinibus; ita diverse virtutes Solis nomina Dijs dederunt. Placuit referre (etsi laboriosum congestisse) in gratiam & animum lecturi, etiamque in curiositate vetustatis. Solis ergo, qui à Prifcis dicebatur Anima Mundi, signabatur apud Latinos, Græcos, & Ægyptios,

- Vis effectiva temporum — Saturnus, Ianus Chronus, Remphan.
- Vis penetrativa — Iupiter, Osiris, Belus, Zeus, Ammon.
- Vis calefactiva radijs — Apollo, Phœbus, Arueris.
- Vis effectiva mineralium — Pluto, Dis, Adonis, Serapis, Thammuz.
- Ventorum — Æolus, Triton.
- Aduftiva & excitativa bilis — Mars, Typhon, Moloch.
- Vis fecundativa — Pan, Hermopan.
- Virtus in mare, & humida — Neptunus, Nœcidon, Nilus, Canopus.
- Salutifera virtus — Æsculapius, Horus.
- Vis solidativa — Hercules, Chon, Omanus.
- Virtus attractiva — Mercurius, Anubis, Hermanubis, Phta.
- Vis concoctiva — Bacchus Dionysius, Camos.

Ita significabatur per duodecim signa Zodiaci, & prout virtus in inferiora, ita nomenque ut asserit Macrob. ubi supr. à cap. 18. usque ad 24. Similiter excogitaverunt de Lunæ muneribus, prout nova, crescens, plena, & decrecens; ita ut Regine cœli diceretur

- Vis participata à Sole — Magna Deorum mater, Rhea, Mamma.
- Productiva frugum — Ceres, Cybele, Isis.
- Productiva florum — Flora, Chloris, Venus.
- Virtus benevola ex lumine — Lucina, Latona, Mylitta.
- In arbores, & virgulta — Diana, Artemis, Ashtarba.
- Vis calorif salutaris — Minerva, Pallas.
- Vis in humida — Thetis, Nephte, Dagon, Syrens.
- Vis subterranea — Hecate, Militta, Ilybia.
- Vis dominativa — Bellona, Enyo, Lydia.
- Vis in herbas & plantas — Proserpina, Persephore.
- Vis illuminativa aëris — Iuno, Dido, Anaitis, Venus cœlestis.
- Vis feminalis — Venus, Ashtarbe, Cabar.

Ex hisce sèbematibus clarè patet (subdit Kircher ubi supr. cap. 13.) Deos istos, Deasque multiplices, à Mythologis confectas, nihil aliud esse, quam unius Solis, vel Lunæ m. i. ipsi- cer virtutes.

Hinc

7 Hinc sctum Orimacis ovum cum 24. numinibus, perforatum ab Arimanio, inter quos intulit alia 24. numina nocua, de quo videris Laurent. Christophogon. in Proœm. Mund. Marian. à n. 12. & Kircher. lib. 2. distinct. 2. capitis 10. Quod quidem non aliud arbitror in inferioribus nisi contrarias qualitates. Unde Eccli. 42. 25. dicitur: Omnia duplicia, unum contra unum, & non fecit quicquam deesse. Et Ovid. 1. Metam. Fab. 1. & Lucretius 2. de Natur. rer. v. 704.

Obstabatque alijs aliud, quia corpore in uno Frigida pugnant calidis, bumencia siccis, Mollia cum duris sine pondere habentia pondus. Et quod Anagaxoras sibi sumit, ut omnibus omnes Res patet immixtas rebus latitare, sed illum Apparere unum, cuius sunt plurima mixta.

In superioribus influxus benevoli & nocui Solis, Lunæ, aliorum planetarum, signorum, & constellationum, unde scta Deorum pugna apud Poetas.

Etenim quidem contra Neptunum Regem Stabat Apollo Phœbus, habens sagittas pennatas: Contraque Martem Dea casta Minerva: Contra Lunonem verò stabat, aurea tela gerens sonora Diana sagittis gaudens, savor procul iaculantis Apollinis: Contra Latonam autem stabat servator perutilis Mercurius: Contra autem Vulcanum Xanthus, Scamander: Stiquidem Dijs contra Deos ibant.

Ait Homerus 20. Iliad. v. 68. & Ovidius 1. Trist. Eclog. 2. v. 5. succinit: Mulcher in Troiam, pro Troia stabat Apollo: Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Ita contrarietas Solis, &c. Numina finere Prifci inter se certantia; parique modo de Deo cogitarunt, pro varia & multiplici potestate & virtute. Unde tot nomina & numina: igitur ille Sol verus, ut inquit Boëtius 5. de Consol. Philosop. metr. 2.

Puro clarum lumine Phœbum Mellifui canit oris Homerus: Qui tamen intima viscera terre Non valet, aut pelagi radorum In firma pererrare luce. Haud sic magni Conditor Orbis; Huic ex alto cuncta tuenti Nulla terre mole restant, Non non atris nubibus obstat: Que sint, qua fuerint, veniantque Uno mentis cernit in tœna. Quem, quia respicit omnia solus, Verum possit dicere Solem.

Quapropter Iamblicus de Myster. Ægyptiorum, infit: Ego verò causam in primis dicam, ob quam sacri & antiqui Ægyptiorum scriptores de his varia senserint: & insuper binis seculi sapientes non eadem de his ratione loquantur. Cum enim multe in universo sint essentia, ac si multifariam inter se differant; meritò earum & multa earum tradita sunt principia habentia ordines differentes. Primus Deus ante ens & solus (Nota pro unica veritate tot involuca errorum) pater est primi Dei, quem gignit manens in unitate sua solitaria: atque id est super intelligibile & exemplar illius, quod dicitur sui pater, sui filius, unipater, & Deus verò bonus. Ille enim maior, & primus & fons omnium, & radix eorum qua prima intelliguntur & intelligunt, scilicet, idearum. Est enim hic principium Deus Deorum, unitas ex uno super essentiam, essentia principium: propterea pater essentia nominatur, ipse enim est ens, intelligibilem principium. Que respicue alij dixerit de love, à quo cætera numina, principia quoad nos, & principata à love principio; abstruse, & tenebrosè profert Iamblicus, quin ideo quia obscura, desint plura reputari inepasitque sub diverso unius Deitatis nomine adorare plura Numina.

8 Quod illa nomina (& apud Ægyptios hieroglyphica) que apud rusticos tunc, posteaque in toto orbe simulachra, dirigerentur in cultum veri unius Dei, non ab-

Orimacis ovum. Eccli.

Ovid

Lucreti

Quid pugna Deorum?

Homer.

Ovid,

Boet.

Deus Sol us rus.

Quid Deus in mente Ægyptiorum Iamblic.

solvit cultores ab idololatria. Gassareus in suis *Curiosis inauditis* in Admonit. ad Lector. asserit placuisse Genebrard. in *Chronolog.* Aaronem in erectione Vituli, & Ieroboam in dedicatione Vitulorum non fuisse idololatrias; quippe illa simulachra Deum verum & vivum præ se ferebant. De Aaron nec verbum invenies apud Genebr. præter pontificatum. De Ieroboamo *lib. 1. anno Mund. 3208. Religionem* (ait) *corrupti idolis assiscentis.* & in *Summa Lovanij edita, ann. 1570.* apud Ioann. Foulerum, 5. *Ætat. Ann. 1205. inquit: Ioam prænuñciat Iosiam Regem, qui 300. post annis idololatriam destruat. Cùmque reverteretur ab increpando Ieroboam impiæ religionis; in via à leone occisus est.* Non vocat idololatriam hunc sacrilegum ore pleno? Unde legit Gassareus huiusmodi notitiam in sua deliria? Quam longe à Genebrardo sententia, constat etiam, quia inter præcepta quæ Hebraei vocant filiorum Noë, vel præcepta naturæ. *Ann. Mund. 1656. signat 1. Non colere idola.* Optimam excusationem habent sacrilegi apostatae de peccato suo, si excogitavissent effugium de erecto Deitatis veræ simulachro. Idem olim intenderunt Rabbini: & Monceus in *Aaron, purgat.* sed liber iure proscriptus.

Aaron & Ieroboam idololatriæ.

Genebr.

Sententia Caietani.

Caietan.

Refellit.

Rom. 1. 21.

9 Caietanus autem (quod miror) in illud Deuter. 4. 28. *Servetis Dijs, qui manu hominum fabricati sunt;* ait: *Mirum videbitur, quod homines tam recordes essent præcis temporibus, ut existimarent meras statuas Deos suos: quemadmodum & sepius admiratus sum, quod Iudæi in deserto, si & beneficio vituli nuper fusi, putarent se, & dicerent, & tyrannide Egyptiorum liberatos. Quare crediderim (perperam credit) quod mens Vitulo acclamantium, cum respiciebat, cui signum Vituli erat postum. Ita quod Deum verum colere voluerunt sub bovis specie, non simulachrum mutuum: quod verba Aaron testantur dicentis: Cras solemnitas Domini est. Satis constat enim Israellem ad Egyptiorum exemplum Tauri simulachrum sibi posuisse: atque neque Egyptij, nec qui inter gentes enunciatori erant iudicio, colebant simulachra, id est, ligna & lapides; sed eos magis quorum nomina præstabant simulachra, ut Egyptij sub bovis specie Apim colebant, quem, ut nonnulli referunt, Deum verum intelligebant. Vel ut alijs placeat, Tauri astrum, quod Egyptus Tauri sideri subiecta videtur: omnesque Gentes in simulachris Deos adorabant. Hos partim in cælis esse, & proinde cælestes, partim vero in terris agere, atque ideo inferos appellabant. Verum revera cum hi omnes non essent Dijs, sed demonibus mancipati homines, aut nuda quedam hominum nomina, vanis è fabulis nata; ipsa idola vanitates & mendacia, sed & demonia vocavit Scriptura: nimirum, quod vel damnatorum nebulonum, vel rerum non existentium, & instinctu diaboli parata essent signa: & cum banc ob rem constaret, idola aliud iam non esse, quàm lignum & lapides; Scriptura non semel dixit, Gentes lapides & ligna colere: nam delusi sibi nihil aliud habebant. Quod enim illi existimabant signa absentium, falsebantur: nam absentes illi Superi, quos illis representare volebant, vel non vixerant unquam; vel si vixerant, non Dijs erant, sed demonum socij.*

10 Quenam sententiarum harum est Caietani sententia? Difficile iudicatu, quippe glomerat & involvit inextricabilis. Si Vitulum exererunt filij Israël, quasi signum Dei veri, & similiter, ut dicit, Gentes Deos in simulachris adorabant; nulla prorsum erit idololatria. Unde recte argui potest, adoratores Vituli vera dixisse. Deus verus ex Ægypto eduxit: ergo si Deum verum representabat vitulus, verè dicebant: *Hi sunt Dijs tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Aaron dixit: *Cras solemnitas Domini est:* Ergo in signum veri Dei Vituli idolum? Omnino falsum. Quid igitur dicturus? *Cras solemnitas demonis est?* Debebat, sed non ausus. Dominum vocavit, quem vitulum fecit, & adorandum exposuit. Huiusmodi simulachrum, quod Apim representabat, posuerunt Israëlites ad similitudinem Ægyptiorum. Apime erat Deus? Ergo sicut Ægyptij Deum colentes sub forma Apis erant idololatra, ita Israëlites sub specie huiusmodi Tauri adorantes verum Deum. Quid ergo species Tauri cum Deo vero? Quæ participatio luci ad tenebras? Quæ societas iustitiæ cum iniquitate? Quæ conventio Dei ad Apim? Quæ pars fideli cum infideli? Qui consensus templo Dei cum idolis? Quid quod sub Tauro Ægyptus, ut Deus verus intelligatur sub nomine signi Tauri? Omnes gentes sub simulachris Deos adorasse dicit. Ideo declinaverunt, quia Deos adorarunt, cum non esset nisi unus Deus. Ideo deliquerunt, & abominabiles facti sunt; siquidem, ut ait Paulus: *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quo in loc. ipse Caietanus optime dicit: *Quævis enim non figuraverint Deum, nec Dei gloriam simulachris hominum & animalium,*

lium; quia tamen hæc simulachra colenda fecerunt, aut coluerunt, mutaverunt gloriam Deo debitam. Si quia excogitaverunt simulachra, aut coluerunt, idololatra gloriam Dei commutarunt; quid, dum in simulachrum Apis figuraverunt? Nescio profecto quid Eminent, potuit impellere in huiusmodi præceptis ratiocinium. Eadem iterat in *Deuter. 6. vers. 13.* Verum est, præcos, est bards, non ita recordes, ut ligna & lapides adorarent, est traditi in passionibus ignominie adorarent serpentes, de quo latè egimus *Tautol. præc.* sed sub expressione signorum Deorum & Dearum; ceterum cum non essent, neque esse possent, quæ sub illis idolis adorabant; rectè dicitur lapides adorare & ligna, quippe in illis veri nihil erat nisi materia. Aaron ergo & Israëlites tunc fuerunt idololatra, ut placet cunctis PP. & constat ex iracundia Dei (cui minime displicet fidelium reverentia) dicentis: *Peccavit populus tuus, &c. iam non meus, quia Apim adorant. Peccatum dicitur maximum, & iurè. Cades 23000. comprobavit, imò ipse Aaron cedere etiam, ni Moyses iratum Dominum prece placasset, ut dicitur Deuter. 9. 20. Fateretur etiam Rabbini Moyses Gerundensis, qui apud Lipoman. in *Caten. inquit: Non accidit tibi à Israël ultio aliqua, in qua non esset vel uncia de iniquitate Vituli.**

Aaron idola iolatra in erectione vituli. Exod. 32. 7. Vers. 21.

Rab. Moy.

11 Sic ergo omnes deliquere, quia unum Deum, non ut unum, & solum adorarunt, cuius necessarium esse. Incomprehensibilis utique est: & quod sit Deus, scitur; sed minime quid sit Deus. Solummodo ergo scimus ens à se, ut latè dixi *Tom. 3. ad illud Exod. 3. Ego sum qui sum.* Quod quidem astruitur in præfenti Tautologia perly Dominus ipse est. Et *Deuter. 32. 39. Quid ego sum solus; ubi Rabb. Ionathas legit: Quid ego nunc sum, qui sum, & fui, & ego sum, qui futurus sum: neque est Deus alius præter me.* Ab æterno & usque in æternum. Ideo Christus non dixit: *Antequàm Abraham fieret, ego fui, sed sum.* Ante, quod præteritum respectu Abrahæ; mihi præsens, quia ante, sicut modo. Nomen Iehova ridet Genebrardus, non significatum (si habet) quasi ens per essentiam; sed imperitiam Auctorum, qui huiusmodi nomen excogitaverunt, cum a cunctis non aliud nomen præcis doctis PP. imò Prophetis & Apollolis, nisi Adonai pronunciatum. *Hodie* (ait *Ann. Mund. 2670.*) *multi novitatis cupidi efferunt Iova, vel Iehova: verum aliena, imò irreligiosa, imperita, nova & barbata pronuntiatione, ut contra Calvinianos & Bezanos docuimus: nam Dei nomen est ineffabile & innominabile, quemadmodum & ipsius essentia incomprehensibilis. His nec suffragari, nec refragari possum, quippe Hebraicæ lingue ultra elementa penitus ignarus. Solummodo intendo, quod Zarraga intendat, quid in libello, iam proscripto, Iovis & Numinis proderit: cum ibid. Genebr. subdat: *Adversus eos, qui Deum primum Moyses hoc sanctissimo nomine patefactum, cum Iove Gentilium confundunt, aut certè conspirare volunt. Sapiat ergo Zarraga & respiciat. Verum serò sapiant Phryges. Utinam licet serò!**

Secunda Expos.

Ioan. 8. 58.

Nomen Iehova novum.

Genebr.

Nomen Dei non à Iove.

12 D. Thom. 1. part. quæst. 13. art. 11. & ferè Orthodoxi PP. asserunt, *Qui est, esse maxime nomen proprium Dei.* Quare Bernard. serm. 31. in *Cantic. num. 1. inquit: Est enim: nec ullam capit ex eo quod est, fuit, vel erit mutationem. Tolle nempe fuit & erit: unde iam transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio? At quicquid veniens ex eo quod fuit, non cessat tendere in id quod erit. Transmutatum sanè habet per est, sed omnino non est. Nam quomodo est, quod nunquam in eodem statu permanet? Solum proinde verè est, quod nec a fuit præciditur, nec ab erit expungitur, sed solum, atque inexpugnabile remanet ei est, & manet quod est. Nec fuit sanè tollit illi esse ab æterno: nec erit esse in æternum: ac per hoc sibi vendicat verum esse, id est, increabile, interminabile, invariabile. Cùm igitur ipse qui sic est, imò qui non sic, aut sic est, videtur sicuti est, fiat illa visio, &c. Tradunt (ait Dionys. Arcopag. apud Leonard. Marium ubi supr. de Nominib. Dei, numer. 71.) *divinis scriptis parentes & coniunctiones & distinctiones. 1. Essentia omni essentia superior. 2. Divinitas maior divinitate. 3. Bonitas, que bonitatem superat. 4. Omnium excellentissima excellentissima omnium totius divinitatis proprietatis identitas. 5. Unitas, que unum principale superat. 6. Quod dici non potest. 7. Quod multis verbis exprimitur. 8. Ignoratio. 9. Quod omni ex parte intelligitur. 10. Omnium affirmatio. 11. Omnium negatio. 12. Quod omnem affirmationem & negationem superat. 13. Personarum excellentissimè unarum (si ita dicendum est) in se invicem mansio, & fundatio omnino supra modum unita, & nulla in parte confusa; quemadmodum lucernarum lumina (ut exemplis que sub sensum cadunt, & aptis itar) que in domo una sunt, & tota inter se, ac mutud in totis sunt, integram inter se certamque, que propriè coheret, habent distinctionem, cum interim & coniuncta distinctione,**

Deus est ens per essentia.

Bernard.

Que in divinis constitutionibus & distinctionibus.

Dion. Arceopag.

Symbolum Trinitatis in lumine lucernarum.

Q & distincta coniunctione sint. Verum de hoc infra. Quare in nostrum propositum constat, unde Deus dicatur unus & solus, quia solus est, & cui ex natura competit esse; quippe ipse solus est ens, non sumpta voce pro existeret, sed pro esse, & cui proprium esse est esse. Cuncta alia in esse sic sunt, quasi non sint; dicit vel Ethnicus in *Menech. Ad. 3. scen. 2. vers. 6. Non hercle is sum, qui sum.* Quoniam ipsum esse proprie esse dici nequit, sed fieri: & quicquid fit, non est. Dicitur ergo hoc esse non esse, sed fieri, quia a conservatione pendet, quæ est continuata productio: quandoquidem ubi hæc subtrahitur, cuncta deficiunt, & in pulverem suum revertuntur: ut dicitur *Psalm. 103. 29.* Claret exemplo: perfectum potest dici in suo esse flumen quoad aquarum abundantiam, atque communem mensuram: sed esse eius fieri est, & non esse; igitur ita pendet à fontibus ad sui conservationem, ut sine illis nullam haberet entitatem. Ita igitur qui verè ens (ut ostenderet huiusmodi in creatis necessariam dependentiam; de Ægypto, ad quem recurrebant filij Israël, tanquam ad Deum, quasi esset Deus & non homo rex eius, quem subsannat dicens: *Ægyptus homo, & non Deus:* id est, nullam habet entitatem) sub hac metaphora exprimit fieri tantum esse: esse verum: *Levabit manum* (inquit Vates Evangelicus 11. 15.) *super flumen, & percutiet eum in septem rivis, ita ut transiant per eum calcæati.* Unde ut vides, dicitur *Eum:* & iam non ipse, si sicco pede progressus; quoniam in eo qui est, nullum esse, sed fieri, pendens à fonte: hoc est à summo ente, à Deo nimirum, cui soli competit esse. Inuit Gregor. Magn. in illud Iobi 4. 16. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum,* lib. 5. *Moral. cap. 25. inquit: Ac si aperte diceretur: Eum, quem per transiitum sensu non transire deprehendi. Ipse est ergo qui transit: ipse qui stat. Transiit enim, qui teneri cognitus non valet. Stat autem, quia in quantum cognoscitur, incommutabilis apparet. Quia ergo raptim is, qui semper idem est, cernitur, simul Deus & transiens & stans videtur. Vel certè stare eius, est nulla mutatione variari, sicut ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum.* Verum ad alia transeamus: quandoquidem plura in hoc argumentum diximus *Tom. præc. Tautolog. 6.*

13 Etiam proclivè exponi quit nostræ Tautologiæ testimonium, & affinia similiter, accipiendo actum pro potentia, de quo sæpe egimus, *Tom. 1. Tautol. 5. num. 13. Tom. 2. Tautolog. 2. num. 14. & 10. num. 8. & Tom. 3. Tautolog. 12. num. 35-14. num. 24. Psalm. 136. 4. Quomodo cantabimus? Hoc est, possumus cantare. Nahum 1. 4. Inceperans mare & exsiccat illud: id est, potest exsiccare. Ezech. 12. 2. Oculos habent ad videndum, & non vident. Q. d. non possunt videre. Marc. 14. 7. Me autem non semper habetis: nimirum, potestis habere. Eodemque sensu 11. 14. Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Tuncque exponitur Tautologia eadem acceptione. *Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum:* scilicet, nec potest esse alius. Ita *Isai. 45. 14. Tantum in te est Deus, & non est abste Deus.* Id est, tu solus Deus, nec alius potest esse. *Deuteron. 32. 35. Ego solus, & non sit (possit esse) alius Deus præter me.* Sic alia Scripturæ testimonia. Unde 2. Reg. 7. 22. *Neque est Deus extra te. 1. Paral. 20. Non est alius Deus abste.* *Ecclesi. 36. 2. Non est Deus nisi tu, & vers. 5. Non est Deus præter te.* Cuius sensus: Tu es Deus, nec potest esse alius nisi tu, vel præter te. Rationemque affert *Sapiens 14. 21. ubi signat Deitatis incommunicabile nomen.* Ipseque Dominus, cui gloria esse ens per essentiam, dicit: *Ego Dominus: hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus:* quæ quidem nec existentia sunt (ut à me creata, & in esse, quod fieri, dependentia) sed mere nihil.*

14 Ni fallor, in huiusmodi exclusionibus Deorum, non tantum intenditur exceptio Deorum inanum; sed expressio mysterij arcanissimi SS. Trinitatis: ita ut dum dicitur, *Ipse Deus & non est alius. Non est Deus abste,* &c. quæ retulimus; idem sit, ac exprimere essentiam divinam cum tribus personis, seu hypostasibus, Q. d. Ego solus Deus: & licet Filius & Spiritus Sanctus; non est alius Deus præter me. Inducatur apud *Isaiam loc. cit. Tantum in te est Deus: & non est abste Deus: verè tu es Deus absconditus.* In geminatione claret acumen propositi. Ideo est Deus absconditus: igitur absconditum cogitationi hominum, essentiam unam in tribus personis. Quare cum sufficeret: *Verè tu es Deus,* exponit & reliqua, quasi dicens: *Tantum in te est Deus* (non Deitas) & Filius non est abste Deus; quia à te procedit Deus de Deo. Similiter Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Deus tres sunt, sed non alius Deus: hypostasies distinctæ, sed Deus unus, quia Deitas in tribus. Accinit *Synefius Hymn. 3. vers. 201.*

Tert. exposit.

Plaut.

Esse creaturarum non est esse sed fieri.

Isai 31. 3. Izech. 28. &c.

Quomodo Deus transiit & stat.

Gregor. Magn.

Quarta Expositio.

Actus potentia.

Sap. 14. 21.

Isai. 42. 8.

Quinta Expositio.

Isai. 45. 14. 15.

Mysterium SS. Trinitatis.

Nefas

Nefas est dicere, secundum abste.
Nefas est dicere, tertium à primo.
 Prioritatem signat originis. Secunda persona Deus est, sed à re: tertia etiam Deus, sed non à te solo, quippe à te procedit & simul à Filio. Quapropter etiam tres persone divine sunt; *Audi Israël: Dominus Deus noster Dominus unus est.* Deut. 6. 4. & ut explicetur non solum Trinitas, sed & incarnatio Filij Dei, in Hebr. ut observat Alaphic, legitur: *Audi Israël: Deus, Deus noster, Deus unus est.* Caietanus etiam ex Hebr. *Ego Iehovah, Elobe noster, Iehovah unus.* Ubi apprimè notat: *Non enim dixit, Nos Iehovah, sed ego. Dicimus* (inquit Bernard. ubi supr. cap. 7. num. 17.) *Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum Sanctum, non tamen tres Deos, sed unum. Quid sibi vult iste absque numero numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si unum, ubi numerus? Sed habeo (inquit) quid numerem, & quid non numerem. Substantia una est, persona tres sunt. Quid mirum? Quid vel obscurum in hoc? Nihil, si persona seorsum à substantia cogitentur. Nunc verò cum tres illæ persone illa substantia sint; & illa una substantia tres illæ persone, quis numerum neget? Nam verè tres sunt. Quis numeret tamen? Nam verè unum sunt. Aut si tu facile explicatu id putas, dicendo tres, dicitur, quid numerasti? Naturas? Una est. Essentias? Una est. Substantias? Una est. Deitates? Una est. Non hæc, sed personas numero, inquit. Que non sint illa una natura, illa una essentia, illa una substantia, illa una divinitas? Catholicus es: minime hoc dabis. Bernardus hucusque: & quod mireris Seneca ubi sup. num. 1. inquit: *Divinorum una natura est.* Non, natura divina una est, sed Divinorum, sed Divinorum, sed Divinorum una est natura; quippe in divinis personis una Deitas, & hi tres unum sunt; & licet tres, unus Deus. Quo namine protulit Seneca, nefcio. Verum hoc inira. *De dogmatibus Moslemannorum* (id est, fidelium, Arabic. dicitur in *Republ. cap. 14.*) est, ut omnes credant in unum Deum, cui nullus alius est par. Hanc ultimam particulam directè contra Christianos protulit Mahometes, qui tres in Deo æquales personas veracissime credunt, ac fatentur. Hinc Christus nec creditur Deus, nec Filius Dei, sed insignis solummodo propheta, quanvis plus quam Ioannes Baptista. Deliria relinquamus, fateamurque in essentia Deum unum & in personis trinum: igitur ut accinit *Marius Victor* in princip. suæ *Geneos:**

*Ante polos, calique diem, mundique tenebras,
 Ante operum formas, vel res, vel semina veram,
 Aeternum sine fine, retrò sine fine futuri,
 Esse subest, cui semper erat Deus unus, apud quem
 Vivebat genitus, Verbum Deus, & simul almus
 Spiritus: ac termi vitalis summa vigoris
 Una trium, quas evogetans substantia nexu
 Uno, non genita semper virtute beabat.*

15 Intimius perferendum, ne caspiter offendere volens. Cum dicitur, *Deus ego & non alius, & non aliter, non erat cum eo Deus alienus, &c.* Intelligendum est aliena natura, vel essentia. *Ego sum solus, quod dicit Pater (& Christo Ecclesia: Tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus.* Apud Iudam vers. 4. *Solum dominatorem, & dominum nostrum Iesum Christum)* non est absolute sumendum, sed respectivè ad alienam naturam. Non categorematice, ut dicunt DD. Scholastici, sed syncategorematicè: aliàs verum esset, quod *Pater solus est Deus,* quod attribuebant Ariani. Deitas ergo est in alijs duabus personis; quod impossibile, si Pater solus esset Deus. Syncategorematicè igitur intelligendum sine exclusione aliarum hypostasium: quandoquidem in illis Deitas, etiam non sunt alius Deus. Expressè dicitur loc. cit. *Videte, quid ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* Quapropter illud Christi: *Ut cognoscant te solum Deum verum: si intelligeretur simpliciter, & absolute, non adderet: Et quem nisi Iesum-Christum, qui Deus etiam est, & etiam cum Patre verus Deus est, & solus Deus, simulque solus & verus Deus Spiritus Sanctus: siquidem in illis verè una Deitatis substantia, sicut verè personarum differentia. Non cum exclusione, imò cum inclusione aliarum personarum intelligendum ly *Solum.* Unde Christus dixit *Ioan. 10. 20. Ego & pater unum sumus: non Unus, sed Unum.* Non Unus, quippe persona realiter discreta; sed Unum: equidem Pater non excludit à Deitate alium; sed alium, naturà diversum: cum ergo Filius & Spiritus Sanctus sint non diversæ substantiæ, etiam distinctæ persone: ubi de Patre solo, aut alijs dicitur Deitas, ly *Solum* non excludit aliàs personas. Hinc *Targ. Hierosolym. pro Videte, quod ego**

Synef.

Deut. 6. 4.

Et etiam incarnati filij.

Bernard.

Senec.

Gabr. Stont. ia.

Mar. Viè.

Quid est in Patre, Tu es Deus solus.

Ioan. 17. 3.

Mysterium Trinitatis.

ego.

ego sim solus; legit: Quod ego iam in Verbo meo ille sum, & non sit alius Deus præter me. Hebr. Quod ego, ego, ipse (tres indicat, & licet tres) non Elohim (id est, Dii) mecum.

Lyr. Dicitio exclusiva (inquit Lyr. in loc. præfatum Apost. Iuda) coniuncta uni per se in divinis respectu prædicati essentialis, non excludit alias. Claret plurimis testimonijs. Ioann. 5. 22. Omne iudicium dedit Filio. Matth. 20. 23. Non est meum dare vobis. Ad utrumque respondet Ambrosius de Fid. ad Gratian. cap. 2. Quod si putant dicendo, quod aut Patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogavit; dicant, utrum & illic putent Patri aliquid derogatum, quia dixit in Evangelio Filius de Patre: Pater non indicat quemquam. Quod si sacrilegium putamus dicere, Quod Pater ita iudicium detulit Filio, ut ipse non habeat (habet enim, nec potest amittere, quod habet naturaliter divina maiestas) sacrilegium utique a stimare debemus, quod non potest Filius dare, quicquid aut homines mereri possunt, aut quævis accipere creatura: præsertim cum ipse dixerit: Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Emphaticè faciam, non faciet. Non quia Pater non faciet: faciet enim, & ego faciam; igitur licet persona distincta, quoad essentialia, nec excludo, nec excludit. Exclusiones itaque unice excludunt in divinis relationes & proprietates personarum. Ita Leo Castrus in illud Isai. 42. 8. Gloriam meam alteri non dabo. Egimus Tom. 1. T. 6. à num. 72.

17 Similiter accipiendum est illud Matth. 11. 27. Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius. Quomodo sit eiusmodi cognitio & vera comprehensio, vide Exim. Doctor. Tom. 1. de Deo trino & uno, lib. 2. cap. 5. In nostrum igitur propositum eiusmodi exceptione non est excludendus Spiritus-Sanctus: siquidem ut ait hic Caletanus: Dum excipitur Filius, aut Pater, intelligitur quoque excipitur Spiritus-Sanctus, quia par est ratio de Spiritu-Sancto, de Patre & Filio in essentialibus. Theologica regula est, quod dicitio exclusiva, seu exceptiva addita termino personali in essentialibus non excludit ab altera persona divina. Videtur perspicue 1. Tim. 6. 15. ubi de Patre dicitur: Beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominantium, & etiam Apocal. 19. 6. idem dicitur de Filio, ibid. 17. 14. Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum est, & Rex regum. Iud. ubi sup. Solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum-Christum. Si ly solus excluderet aliam in divinis personam, minime de Patre & Filio simul prædicarentur dominium & regnum. Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus-Sanctus. Non tres Domini, sed unus Dominus. Sic de alijs attributis: nam etsi sunt qui dicantur Dii sive in celo, sive in terra (ut inquit Paulus: Dii, nimirum, apud Paganos, in celo, uti Sol, & Luna in terra, uti Apollo & Vulcanus, de quo egimus Taut. 3. late) siquidem sunt Dii multi & Domini multi, nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Iesus-Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Sicut quia Dominus Christus solus, non ideo dicemus Patrem non esse Dominum; pariter non dicemus, quia Pater solus Dominus, Filium Dominum non esse. Unus dicitur Deus, Pater: unus dicitur Dominus Christus: de utroque dicitur Unus: non ideo excluditur alius, quippe si alius, non ratione essentia, sed personalitatis, seu hypostasis. Canit Synecius ubi sup. Hymn. 4. vers. 117.

Calet. Dicitio exclusiva (inquit Lyr. in loc. præfatum Apost. Iuda) coniuncta uni per se in divinis respectu prædicati essentialis, non excludit alias. Claret plurimis testimonijs. Ioann. 5. 22. Omne iudicium dedit Filio. Matth. 20. 23. Non est meum dare vobis. Ad utrumque respondet Ambrosius de Fid. ad Gratian. cap. 2. Quod si putant dicendo, quod aut Patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogavit; dicant, utrum & illic putent Patri aliquid derogatum, quia dixit in Evangelio Filius de Patre: Pater non indicat quemquam. Quod si sacrilegium putamus dicere, Quod Pater ita iudicium detulit Filio, ut ipse non habeat (habet enim, nec potest amittere, quod habet naturaliter divina maiestas) sacrilegium utique a stimare debemus, quod non potest Filius dare, quicquid aut homines mereri possunt, aut quævis accipere creatura: præsertim cum ipse dixerit: Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Emphaticè faciam, non faciet. Non quia Pater non faciet: faciet enim, & ego faciam; igitur licet persona distincta, quoad essentialia, nec excludo, nec excludit. Exclusiones itaque unice excludunt in divinis relationes & proprietates personarum. Ita Leo Castrus in illud Isai. 42. 8. Gloriam meam alteri non dabo. Egimus Tom. 1. T. 6. à num. 72.

17 Similiter accipiendum est illud Matth. 11. 27. Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius. Quomodo sit eiusmodi cognitio & vera comprehensio, vide Exim. Doctor. Tom. 1. de Deo trino & uno, lib. 2. cap. 5. In nostrum igitur propositum eiusmodi exceptione non est excludendus Spiritus-Sanctus: siquidem ut ait hic Caletanus: Dum excipitur Filius, aut Pater, intelligitur quoque excipitur Spiritus-Sanctus, quia par est ratio de Spiritu-Sancto, de Patre & Filio in essentialibus. Theologica regula est, quod dicitio exclusiva, seu exceptiva addita termino personali in essentialibus non excludit ab altera persona divina. Videtur perspicue 1. Tim. 6. 15. ubi de Patre dicitur: Beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominantium, & etiam Apocal. 19. 6. idem dicitur de Filio, ibid. 17. 14. Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum est, & Rex regum. Iud. ubi sup. Solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum-Christum. Si ly solus excluderet aliam in divinis personam, minime de Patre & Filio simul prædicarentur dominium & regnum. Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus-Sanctus. Non tres Domini, sed unus Dominus. Sic de alijs attributis: nam etsi sunt qui dicantur Dii sive in celo, sive in terra (ut inquit Paulus: Dii, nimirum, apud Paganos, in celo, uti Sol, & Luna in terra, uti Apollo & Vulcanus, de quo egimus Taut. 3. late) siquidem sunt Dii multi & Domini multi, nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Iesus-Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Sicut quia Dominus Christus solus, non ideo dicemus Patrem non esse Dominum; pariter non dicemus, quia Pater solus Dominus, Filium Dominum non esse. Unus dicitur Deus, Pater: unus dicitur Dominus Christus: de utroque dicitur Unus: non ideo excluditur alius, quippe si alius, non ratione essentia, sed personalitatis, seu hypostasis. Canit Synecius ubi sup. Hymn. 4. vers. 117.

Unitas, Trinitas cum sis. Unitas, que permanet, Et Trinitas, que permanet. Intellectualis autem scitio Indivisum adhuc, quod est divisum habet.

Divisio videtur, dum solus Pater, aut Filius dicitur Deus, aut Dominus; sed indivisum profecto, quia uterque Deus & Dominus, sicut Spiritus-Sanctus. Sic accinit Prosper Aquitanus Epigramm. 3.

Eternus verè est solus Deus omnireator, Vita in se vivens, permanet esse, quod est. Hoc Pater, hoc Verbum Patris, hoc Spiritus almus, Quorum natura est una, eademque trium.

18 Apud Ethnicos, et si Deus absconditus, quale quale lumen, aliquod tamen mysterij SS. Triados. In triangulo figurantur Ægyptij, primumque angulum vocantur Empbt, seu Hemept, id est, Intellectum. Secundum Phta, hoc est, Sapientiam. Tertium Amun, nimirum, Virtutem utriusque activam. Quapropter Athanas. Kircher. in Obel. Pampbil. lib. 3. cap. 9. Ex his apparet (inquit) & omnibus manifestum sit, Sacra-

san-

Lyr.

Dicitio exclusiva in re lativè ad extra non excludit alias personas divinas. Ambros.

Ioann. 14. 13.

Calet.

In Deo unitas & Trinitas.

1. Cor. 8. 5.

Synec.

Prosp. Aquit.

Apud Ethnicos ali-quod lumen SS. Trinitatis.

sanctam & ter benedictam illam Triadem, Fidei Christiana mysterium, uti maximum, sic ter sublime, nullo non tempore, etiam sub obscuris fabularum figmentis adumbratum esse. Iamblicus ubi sup. post illa relata, Primum ens & ante ens, & solus Pater Dei, subdit: Ab hoc utique uno, per se sufficiens se ipsum explicavit. Ideo dicitur per se sufficiens sui pater, per se princeps. Nam opifex intellectus, qui & veritatis dominus est, atque sapientia, quatenus in generationem progrediens, occultam rationum potentiam traducit in lucem. Amun Ægyptiaca lingua vocatur. Quatenus autem sine mendacio peragit omnia, & artificiosè simul cum veritate, Phta nuncupatur: Græci Vulcanus: omnium est artifex. Videtis plura alia apud eundem lib. 4. in Idæti. Abenephius lib. de Religion. Ægyptior. inquit: Cum vellet indicare tres divinas virtutes, seu proprietates, scribebant circulum alatum, ex quo serpens egrediebatur: per figuram circuli, significantes naturam Dei, incomprehensibilem, inseparabilem, æternam, omnis principij & finis expertem. Per figuram serpentis, virtutem Dei, creatricem omnium. Per figuram alarum duarum, virtutem Dei motu omnium, que in mundo sunt, & vivificatricem. De Religion. Pœnic. subdit Sanchuniathon: Iupiter sphaera est alata: ex ea producitur serpens. Circulus divinam naturam ostendit sine principio & fine. Serpens ostendit Verbum eius, quod mundum animat, & fecundat: eius ala Spiritum Dei, qui mundum motu vivificat. Mercurius Trismegistus in Chronic. Alexandrin. Deum unum Trium altruit. Ita ergo ibi dicitur: Regnavit autem his temporibus apud Ægyptios, primus ex familia Chœan, Sefosiris, vir sapientia venerandus, terribilis doctrina, qui asserbat, tres esse maximas in Deo potestates, virtutes, seu formas, nomen ineffabile & opifex Dei unam Deitatem: ob quam causam ab Ægyptijs appellatus est Mercurius Ter-maximus.

19 Alia dicerem, ni fecissem Tom. 1. Tautol. 2. n. 12. & seqq. que potes videre: & apud Kircher. loc. præf. & in Oedip. Copt. Quærebant hi Deum, si forte attractarent, & quasi nostra signabant, quæ non intelligebant, Patrem signantes per principium sine principio, ex quo; Filium uti Sapientiam, per quem; & Spiritum-Sanctum uti vinculum, per in. Hoc sane consonum fidei, ut exponi quit plurimis testimonijs Sacra pagine. Satis fit Paulus Rom. 11. 36. Ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. Hinc Augustin. lib. 1. de Doctrin. Christ. cap. 5. inquit: Trinitas hæc, unus Deus, ex quo, per quem, in quo omnia: eadem una substantia, unus autem non est alter, eadem tribus potestas, eadem æternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas. In Patre unitas, in Filio equalitas, in Spiritu-Sancto unitatis, aequalitatisque concordia: & tria hæc unum omnia propter Patrem: aequalia omnia propter Filium: connexa omnia propter Spiritum-Sanctum. & Bernardus Epist. 190. seu de Errorib. Petr. Abailard. cap. 2. Ille (ait) pro sua possibilitate divinam dignè estimat magnificentiam; qui nihil in ea cogitat dispar, ubi est totum summum: nihil distans, ubi totum est unum, nihil hiatus, ubi totum est integrum, nihil denique imperfectum, ubi totum est totum. Prosper. ubi sup. Epigramm. 203.

Sic Deus est magnus, de se valet, & manet in se, Sic summum & proprium est, semper id esse, quod est,

20 Etiam interpretari possumus ly Deus solus & non alius, quasi diceretur, Verus. Dii multi & Domini multi, sed nobis unus, qui verus. Ut cognoscant te solum verum Deum. Ioann. 17. 3. & 1. Epist. 5. 20. Ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna: Filiioli custodite vos à simulachris. Patet ex designatione simulachrorum, cur dicitur Solus, & Verus. Quare dum 1. Timot. 6. 15. 16. dicitur solus beatus, solus potens, solus rex, solus dominus, & qui solus habet immortalitatem, de quo infra; non ad distinctionem Filij & Spiritus-Sancti, sed ad distinctionem Numinum fictorum, qui vocantur Dii, & non sunt. Qua acceptioe Psalm. 85. 10. Tu es Deus solus: hoc est, verus. Hoc nomen essentialiter incommunicabile, ex quo summa gloria, sine communicatione: quandoquidem Nullus est Deus nisi unus. 1. Cor. 8. 4. id est, verus. Altipulantur Lectiones. Chald. ad illud præf. Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus; legitur: Collocabit eos sorsum, & non stabit in conspectu eius cultus idolorum. Targ. Hierosol. Neque sunt inter eos idololatra. Rabb. Ionath. Neque habitare sinet inter eos, colentes cultum alienum. Ideo dicitur Deus vivens & vivus: Deut. 5. 26. 1. Reg. 17. 26. 36. Plalm. 83. 3. Osee 1. 10-2. Machab. 15. 4. Matth. 16. 16. Rom. 9. 26. & alijs in loc. Deus vivus, ad distinctionem Deorum, qui sunt mortui: ait Augustin. ferm. 10. de Verb. Dom. Augustin.

quod-

Kircher.

Iambli.

Abenephi.

Sanchuan.

Mercur. Trism.

Rom. 11. 36. Quomodo à Galibolici excipitur Trinitas. Augustin.

Bernard.

Prosp. Aqu.

Solus præ verus. 1. Ioann. 5. 20.

Chald. Targ. Ierof. Rab. Iona-th. Quid sit Deus vivens? Augustin.

Hay.

quorum conditiones retulimus Tautolog. 2. & 3. Veri Dei, summi Dei entitatem, seu essentiam significat vita. Non Dei ab hominibus habiti scētitiē (observat Haye in Matth. 16. 16. in Bibl. Max.) sed eius cuius natura est esse, qui per se vivit ab eterno. Idola verò dicuntur Dij, verum Dij nomine, dicitur gratia, qui natura non sunt Dij, ut ait Paulus ad Galat. 4. 8. Deus Deus est natura, essentia, substantia simul & vita. Deus neque habet aures, aut oculos; ceterum fecit oculos & aures. Qui plantavit aurem, non audiet? Et qui finxit oculum, non considerat? Vivens & vivus est: Dij verò Gentium oculos habent & non vident: aures habent, sed in auditum non habent. Nihil uti falsi sunt, Deus uti verus omnia. Deum verum (inquit Augustin. Medit. 12. num. 2.) in personis trinum, in substantia unum. Deum verum, omnipotentem, unius simplicis, incorporea, invisibilis, & incircumscrip̄ta natura. Nihil te superius aut inferius, matiusve aliquid habentem; sed per omnem modum sine deformitate perfectum, sine quantitate magnum, sine qualitate bonum, sine tempore sempiternum, sine morte vitam, sine infirmitate fortem, sine extensione omnia implentem, sine contradictione ubique occurrentem, sine motu omnia transcendentem, sine statu intra omnia manentem, sine indigentia omnia createntem, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initia dantem, sine tui mutatione omnia mutabilia facientem. In magnitudine infinitum, in virtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapientia inestimabilem, in consilii terribilem, in iudicii iustum, in cogitationibus secretissimam, in verbis veracem, in operibus sanctum, in misericordiam copiosum, erga delinquentes patientissimum, erga penitentes piissimum. Semp̄ter idipsum aeternum, immortalem, atque incommutabilem: quem nec spatia dilatant, nec brevitatis locorum angustat, nec receptacula ulla coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec materia perturbant, nec leta demulcent. Quis tantum cum inveniatur, relinquit boni? O Deus meus & omnia! Tu solus es, qui simpliciter solus es: cui non est aliud vivere, & aliud beatè vivere, quia tua beatitudo tu es: subdit ibid. 18. num. 3.

Augustin. Quid Deus?

Sexta Expositio. Quid sit vita in Deo?

De Deo quomodo praedicatur concreta, & abstracta?

Vivus pro immortalitate aeterna. Macrobius.

Aristot.

Orph.

Homer.

Parmenides.

21 Vita in Deo est ipsum esse, seu potius esse ipsum esse; ideoque ab aliquibus Theologis relegantur nomina adiectiva, utpote opposita summæ simplicitati: qua de causa potius debet dici Sapiencia, quam Sapiens. Prov. 8. 12. Vita, quam Vivens, aut Vivus. Ioan. 14. 6. Causa nã futilis, cum posimus dicere nomina abstracta opposita summæ perfectioni; quandoquidem abstractum signat quid imperfectum. Ad utrumque fati D. Thomas 1. p. q. 3. art. 3. ad 1. ubi De rebus simplicibus loqui non possumus, nisi per modum compositorum, à quibus cognitionem accipimus: & ideo de Deo loquentes, utimur nominibus concretis, ut significemus eius substantiam: quia apud nos non subsistunt nisi composita: & utimur nominibus abstractis, ut significemus eius simplicitatem. Quod ergo dicitur Deitas, vel Vita, vel aliquid huiusmodi esse in Deo; referendum est ad diversitatem, qua est in acceptione intellectus nostri, non ad aliquam diversitatem rei. Idem iterat q. 13. art. 1. ad 2. Verum hoc ad DD. Scholast. hic, inter quos videtis Suarium ubi supr. lib. 1. à cap. 2.

22 Quapropter dum dicitur Deus vivus, vivens & vita, idem est, ac Deus immortalis, beatus, & aeternus. Etiam apud Profanos huiusmodi acceptio. Maxim. Tyrus Jern. 27. inquit: Per immortalitatem cognoscitur Deus. Macrobi. lib. 2. de Somm. Scip. cap. 11. Deus vocatur quicquid immortale est. Speusippus apud Cel. Rhodigin. lib. 2. cap. 2. Deus vivens, immortale, et per seipsum ad beatitudinem seipsum, essentiam sempiternam, ipsius boni causam. Et Aristoteles 12. Metaph. cap. 8. Deus est quod vivit, & aeternum, atque optimum est: id est, quod ipsum vita est optima, aeterna, ac tota simul. Orpheus apud Clement. Alexandr. lib. 5. Strom.

Exitus expertem, immortalem, dicere solum quem possumus, cui innatum morte carere.

Homer. pluribus in loc. 1. Iliad. v. 289. 294. & Iliad. 14. v. 103. Dij semper existentes. Insequeris cur me pedibus pernicibus, ipse Mortalis Pelide immortalem? An tibi notus Non ego sum Deus?

Parmenides, ut ait Plato in Sophista, & Sibylla lib. 2. Oracul. Sibyllinar. Est is ingentis, nec in hunc unquam cadit ullus Interitus, totisque unigena, firmus, & ortus Expers.

Regis inextincti mortalibus exortitur. Inextincti, pro inextinguibilis, sive immortalis. Quem Euripides in Bacch. v. 8. vocat: Viventem flammam Divini ignis perpetuam. Ovidius 6. Fastor. vers. 283. Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.

Ita ergo vivens Deus: ipse solus aeternus, apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Ego Dominus & non moror. Malach. 3. 6. Qui solus habet immortalitatem, 1. Tim. 6. 16. (haud quia Angeli & anima rationalis non sint immortales ex natura sua; sed quia Deus habet immortalitatem ex se & à nullo acceptam, & anihiliari nequit, uti possunt anima & Angeli: de quo D. Thom. 1. p. q. 9. art. 2.) hinc ubi Paulus ibid. 1. 17. inquit: Regi seculorum immortalis & invisibilis Græc. Incorrupto, Non captum, aut auctum, non hinc mutabile quicquam, Quod subeat leges temporis, aut numeri, Virtus præteritis prior, ulteriorque futuris, Nil recipit varium, nil habet occiduum.

Ita Prosper Aquitan. ubi supr. Infragantur cogitationi Marius Victor, Alcim. Avitus, & Arator.

24 Nunc facilis expositio Tautologiarum. Horrendum est incidere in manus Dei viventis: id est, immortalis, quippe aeterna supplicia: minime cessatura, ut cogitavit Origenes (de quo videtur Alphons. Mendoza in Quodlibet.) sed duratura in sempiternum. Malum incidere in manus tyranni & crudelis; sed mortalis est: in corpus vehitur, verum in animum ius nullum habet: horrendum sane incidere in manus Dei aeterni, de quibus peccator nunquam & nusquam poterit furgere, cum non sit qui possit eruere; atque corpus & animam aeternis ignibus mancipare. Nec opponitur Davidi dicenti: 2. Reg. 24. 14. Melius est, ut incidam in manus Domini (multa enim misericordia eius sunt) quam in manus hominum: quia hic de afflictionibus præsentis vite, ubi non gravis manus, quippe misericors, loquitur: Paulus autem de tormentis post mortem illatis, postquam causam impiorum iustificavit: quod quidem expressit Sufanna Daniel. 13. 23. Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras; quam peccare in conspectu Domini. Vos affligetis corpus usque in mortem; sed Deus, si peccavero, etiam animam & in aeternum, quippe immortalis, & Deus iudex est.

Quosvis passura labores Ante ferat, quam luxuria assentire senili. Teste Deo gaudet.

Canit Alcimus Avitus de Castit. ad Soror. v. 710. Hoc etiam intuent dixerunt Iudai blasphemæ & impio Nicanori: Est Dominus vivus ipse in celo: & alia Machabæi Antiocho, ibid. c. 7. In celo est immortalis, qui te premet, ut in aeternum penas tyrannidis luas.

25 Hoc nomen Deus, maxime in patrio casu, ut montes Dei, cedri Dei, pro superlativo sumi, dixi saepe Tom. prioribus. Participatur autem huiusmodi nomen nuncupative, non essentialiter, in quantum ad aliquid, non quoad essentiam, seu affectum, ut diximus. Unde D. Thomas 2. Cont. Gent. cap. 21. Causa igitur propria essendi prima simpliciter est agens primum & universale: alia verò agentia non sunt causa agendi simpliciter, sed causa essendi hoc, ut hominem, vel album, &c. Vide etiam 1. part. quest. 13. art. 9. Invenitur igitur hoc nomen in facris non secundum totam significationem, sed duntaxat secundum aliquam similitudinem. Invenitur propter dignitatem, potestatem, beneficentiam, auxilium, excellentiam, & Dei gratiam, ut notat Gregor. Magnus Homil. 8. in Ezech. Gratia Dei. Psalm. 81. 1. Deus in synagoga Deorum, & v. 6. Ego dixi: Dij estis, idem Ioann. 10. 34. Beneficentia & auxilio. Genes. 16. 13. Tu es Deus, qui vidisti me, & 33. 10. Vultum Dei. Unde aliquando dicitur facies Angelica faventis, vel Angelus, id est, mirabilis, & aspicienti gratissima. 2. Reg. 14. 17. Sicut Angelus Domini sic est dominus meus. Eith. 15. 16. Vidit te domine quasi Angelum Dei. Propter excellentiam. 1. Reg. 28. 13. Deos vidit ascendentes de terra. Actor. 14. 10. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Propter potestatem, Exod. 7. 1. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Propter dignitatem, ibid. cap. 22. 8. Applicabitur ad Deos, & vers. 28. Dij non detrahes. Sic qui divina munera participant, ut ait Dionysius Arcopag. de Div. nominib. cap. 12. dij dicuntur & Filij Dei, sicut Deus iuxta diversa respectu illorum dicitur pater, etsi non secundum perfectam rationem, de quo Nos Tom. 7. Tautolog. 1. Interibi consule Anglic. Magiſtr. 1. part. quest. 13. art. 9. & 10. & quest. 33. art. 3. Verum priusquam ad alia scaturatur

Sybilla

Eurip.

Ovid.

Quomodo Deus solus immortalis

Prosper Aquit.

Hebr. 10. 38

Institia Dei gravi peccatoribus.

2. Reg. 24. 14.

Dan. 13. 23

Alcimi Avit.

2. Mach. 15. 4.

Deus pro se perlativ.

D. Thom.

Nomen Dei extra Deum quomodo intelligendū.

Diou. Areo. pag.

calamus, prætermittit fas non est insigne delirium Flavij Iosephi lib. *Contr. Apion.* quod etiam notavit, & taxavit Petr. Cunæus lib. 2. de *Republ. Hebr.* cap. 21. dicentis: *Legge Mosaicâ constitutum fuisse, ne quis eos derideret, quos Gentium altiarum opinio Deos confixit, nequè quisquam male illis diceret: saltem enim prodesse illis honorem tanti nominis habere.* Unde invenit huiusmodi legem, non facile cogitari; sed apprehendit suam intellectionem, non legem. Lex ergo, uti vidimus, est: *Dij non detrahæ: id est, iudicibus, qui propter dignitatem, & honorem Dij vocantur: & crassissimâ ignorantia transulit præscriptum ad idola; cum lex constet omnino contraria, Deuter. 12. 2. ubi: Hæc sunt præcepta: subvertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes Deos suos super montes excelsos & colles, & subter omne lignum frondosum. Dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite; disperdite nomina eorum de locis illis.*

26 Dij etiam dicti mortales inter Ethnicos, & qui ex hominibus in calculum relati dicebantur *Dij indigetes*, seu *Divi*, et si contrario sensu proferat Virgilius lib. 12. *Æneid.* 138. ubi *Divam* vocat Iunonem, & Iuturnam *Deam*, quod salvat Servius per hypallagen: *Divam Deam.* Aptius esset accipere per syncope: *Deam* pro *Dearum*, sicut *Deum* pro *Deorum.* Quod sonat superlativum, quo stylo Homer. 4. *Odyss.* v. 38. *Divâ Dearum:* ita congruit Iunoni, uti *Dearum* reginæ. Pro excellentia. Homer. 24. *Iliad.* vers. 676. *Alij Dij, & viri galæati.* Pro felicitate, idem 15. *Odyss.* vers. 371. *Beati Dij,* Plautus in *Cureul.* Act. 1. scen. 3. vers. 11. *Sum Deus.* Virgil. *Elog.* 1. vers. 6. *Deus nobis hæc otia dedit.* Terent. *Hecyr.* Act. 5. scen. 4. vers. 3. *Deus sum, si hoc ita est.* Propertius lib. 2. *Eleg.* 15. vers. 40. *Vel Deus esse potest.* Apud Synecium invenitur acceptio pro hominibus, pro præfulibus, & Angelis. Pro hominibus *Hymn.* 3. vers. 168. *Originem præbens Dij.* Pro præfulibus vers. 458. *Supplex oravi Deos.* Pro Angelis vers. 164. *Sæculorum vita superans Deos.* Hæc acceptiones, quia nuncupative, vel hyperbolicè tolerabiles sunt. Intolerabile prorsum, quò pervenit adulatio: igitur dedecus arbitrati sunt Ethnici, ni Numen dicerent Imperatorem. Ovidius sæpenumero dicit lib. 2. *Trist.* *Eleg.* unic. & 2. de *Pont.* *Eleg.* 8. modelit se gessit 5. *Trist.* *Eleg.* 6. vers. 61. *Dij tamen & Cæsar Dij accessure:* equidem si contulit divinitatem, contulit, ut moris erat, post mortem. Lucan. lib. 9. *Pharsal.* vers. 574. *Nil facimus non sponte Dei.*

27 Nihil mirum, his auditis, quò insolentia, & arrogantia extraherent Imperatores à cognitione mortalitatis; cum non solum miseris mortalibus tribuerent divinitatem, sed divinitatis conditionem.

Tuque adeo, quem mox qua sint habitura Deorum Concilia, incertum est: urbesne invisere Cæsar, Terrarumque velis curam: & te maximus orbis Auctorem frugum, tempestatumque potentem Accipiat, cingens materna tempora myrto. An Deus immensi venias maris, aut tua nautæ Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule, Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis: Anne novum tardis sidus te mensibus addas.

Et cætera alia deliria, quæ Augusto dicit Virgilius 1. *Georg.* à vers. 24. Secutus blandimen usquequaque Ovidius, Deum Cæsarem etiam viventem appellans: & Manil. lib. 1. cap. 5. vers. 166.

Cætera non cedunt: uno vincuntur in astro Augusto, sidus nostro quod contigit orbi Cæsar tunc terris: post cælo maximus auctor.

Similiter Lucanus Neroni, 1. *Pharsal.* à vers. 45.

—Te, cum statione peracta, Astra petes serus, prælati Regia cæli Excipiet gaudente polo, seu sceptrâ tenere; Seu te flammiferos Phœbi transcendere curvus: Telluremque nihil, mutato Sole, timentem Igne vago lustrare iuvat, tibi numine ab omni Cadetur: inrique tuo natura relinquet. Quis Deus esse velis, ubi regnum ponere mundæ;

Po-

Potesne excogitari altior insania? Ed igitur inoleverat, ut cuilibet Principi (& ille credebat) lenocinium offerret, quod subditis potentior sibi non poterat fumere, ut diximus hic *Tautolog.* 3. num. 11. & *Tom. 2. Tautolog.* 12. num. 13. Hinc vel ipse Nero mortalium pessimus, cum Deorum honor principi non ante daretur, quàm agere inter homines desisset; ut ait Corn. Tacit. 15. *Annal.* cap. 74. sublato Claudio venenato bolero; iocatus est, dicens: *Boletum cibum esse Deorum.* Sueton. in *Neron.* cap. 33. *Sicut impium est (ait Plutarchus in Romul.) omnem divinitatem inspicari; ita stultum est, terram cælo velle miscere.* Ridet huiusmodi ritus & insanias Prudentius lib. 1. *contr. Symmach.* vers. 234. Verùm quid, si Iuvenalis *Satyr.* 6. à vers. 327.

Tantum posse omnes illos sub tempore veges, Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi, Ut transire suis cum foradibus Induperator Possit in æternum cæli super ardua regnum; Regia tunc omnis vim maiestatis, & omnis Parvo licet, cæli imperium retinere potestas Credita.

Ingeniosus Iudith C. Solius Sidonius Apollinaris in præfatione. *Panegyri.* Maiorian. Imper. ubi præstringens Virgilium vocantem Augustum Deum, accinit falsè vers. 5.

Sed rus concessum, dum largo in Principe laudat, Cælum pro terris rustica Musa dedit. Nec fuit inferius, Phœbeia dona referre: Fecerat hic dominum, fecit & ille Deum.

Optimè divinitatem collatam vulgus probabat, dum simul Dei iam facti acta Senatus rescindebat, quod videri potest apud Tacitum, & Martialem. Hic enim furor erat.

28 Hinc phreniticæ Caligulæ Iovem in certamen provocantis, ut ait Suetonius in eius *Vit.* Nihil aliud, præut auguror, cogitabant, nisi Deum esse Deum eisdem suffragijs, quæ ipsi Dei constituti, & maximum esse Deum, qui plus valebat, iuxta illud: *Primos in orbe Deos fecit timor.* Quid pleni arrogantia facerent Imperatores legentes Deos omnes degisse Typhonem, ut ait Ovidius 5. *Metam.* fab. 1. & quod turpius, Capaneum homunculum eos in pugnam provocantem, ut scribit Statius 10. *Thebaid.* in fin. Quid? *Cucurrit adversus Deum erecto collo:* patetque ex superbia Nicanoris, qui postquam interrogavit: *Est potens in cælo, qui imperavit?* subdidit: *Et ego potens sum super terram.* Omittere non possum, quò furor furentem traxit. Quidam in se confidens, non dubitavit, sese cataphractum videns, provocare blasphemus Deum in singulare certamen. O quàm clemens! Quàm patiens & longus narium! Misit Deus perexiguam muscam, ut cum illo confisteretur ingressa per rimam, aut foramen bucculæ calsidis. Hæc dixit, quousquè vexatio dedit intellectum: igitur festus, ac per humum à se tractus, & unguibus ictus, tandem blasphemiam & insaniam confessus. Vide Nicephor. Calixt. lib. 1. cap. 20. Verum sanè ex reprobo sensu, quod Ovidius lib. 8. *Metam.* fab. 1. dixit:

—Sibi quisque profectò Est Deus: ignavis precibus fortuna repugnat.

Serarius ideo in *Iosue* 24. *quæst.* 6. *Deum vivum* appellat, quasi fortem zelotem, succensentem in usurpatores divinitatis, & blasphemos Deifugas proterentem, in exemplum & supplicium.

29 His igitur præmissis acceptionibus de Vita in Deo, difficile non erit exponere Tautologias. *Potens vivens & vivens me.* Genes. 16. 14. id est, Dei veri auxiliantis. *Deus vivus.* 2. Mach. 15. 4. nempe, Deus potens. *Deum vivum.* Psalm. 83. 3. scilicet, Deum immortalem. Ita Daniel Regi, cap. 14. 4. *Colo viventem Deum:* ex usu autem, quo vitam Rex contra Danielem, Dei sui intendebat probare; potius astruebat corruptionem, quàm immortalitatem: igitur Numen protectò falsum, dum in eis quærebatur mortalitatis subsidium. Vel Ethnici cognoverunt. Unde Plutarch. in *Conv. Sept. Sapient.* ex Homer. canit:

Nam nec vescuntur, nec vina rubentia potant: Hinc sunt exangues, immortalesque vocantur.

Dei viventis. Deuter. 5. 2. & 1. Reg. 17. putà, Dei veri, & æterni. Ita Maluend. in loc. præf. Genes. ait: *Vivum, vel vivens, epithetum æterni & veri Dei.* Et Caietan. in 1. Reg. 17. *Proculdubio sermo de vero Deo.* Hebr. *Elohim vivorum.* Hinc enim clarè colligimus, consuetum fuisse apud Hebræos nominare Deum honoris gratiâ in numero plurali

Rident vñ ethnici.

Sueton. Plutarch.

Prudent.

Quid Carth. licis

Sid. Apoll.

Arrogantia Caligulæ.

Unde apud Ethnicos de spectus Deorum?

2. Mach. 15. 4.

Blasphemia & supplicia audaci.

Ovid.

Serar.

Quid intellegendi per Deum vivum?

Maluend. Caiet. Myserium Trinitatis.

ali : & propterea nominando Deum Elohim , consequenter nominavit eum Viros , nam Elohim est numerus pluralis. Eodem modo Maluend. in loc. Deuter. cit. pro Dei viventis , legit : Elohim viventium : & Ar. Montan. in 1. Reg. etiam cit. Divorum viventium.

Ar. Mont. Ita exprimitur mysterium Trinitatis , quo tres personæ , & essentia una. Canit Arator lib. 1. in Apost. Act. 914.

*Ter sonuit Domini vox : que dictata salutis est ,
Hoc genitor , natusque simul , sanctusque peregit
Spiritus.*

Arat.

Math. 16.
16.

30 Juxta eundem sensum interpretandum quibus illud Petri : Tu es Christus Filius Dei vivi. Id est, veri Dei Filius , & verus Deus. Non dixit (inquit hic Caietanus) Tu es Christus , tu es Filius Dei , quemadmodum dixit Nathanael , accumulando excel-

Cur Cbr.
sus dicitur
Filius Dei
vivi?

lencias Messia ; sed naturalem generationem filij continua oratione , explicatâ ratione genendi in nomine Vivi proficitur. Filius Dei vivi , pro viventis. Non sat fuit profiteri ipsum esse Messiam ; sed explicitè ipsum esse Deum ait , profitendo filium naturalem Dei. Ideo namque non dixit Filium Dei omnipotentis , aut benedicti ; ne filiatio adoptiva ex omnipotentia , aut benedictione Dei facta significaretur : sed dixit Filium Dei vivi , ad explicandum , quod est naturalis Filius Dei , ut potè ex Deo , quatenus vivente procedens

Caietan.

naturalissimum siquidem est opus vivis omnibus , in quantum viva sunt , generare alia , qualia ipsa sunt , ut Philosophi tradunt. Atipularer cogitationi , nî etiam Filij adoptivi tam in veteri , quam in novo testamento tribueretur filiatio Dei vivi , aut viventis. Osee 1. 10. Non populus meus vos : dicitur eis , Filij Dei viventis. Quod sanè testimonium regetur à Paulo , Rom. 9. 26. Filius Dei Christus nunquam non potuit non esse Filius Dei : populus Gentilis , qui non populus , transurus in lege gratia per gratiam Dei , ad filiationem Dei vivi : quare cum Paternitas utrobique sit Dei vivi , non potest intelligi de filiatione naturali & adoptiva : maxime , cum hoc ipso quod Pater celestis (ut fecit in Christi baptismate & transfiguratione , sine memoria vitæ) diceret filium , naturalem exponebat , ut ait Leo Homil. de Transfiguratio. Hic est (ait) Filius meus , non adoptivus , sed proprius , non aliunde creatus , sed ex me genitus : nec de alia natura mihi factus comparabilis , sed de mea essentia mihi natus equalis. Quapropter , nî fallor , dum Christus dicitur Filius Dei vivi , distinguitur à cæteris filijs , non quatenus Filij Dei veri , vivi & viventis , per gratiam , & Christus per naturam : sed quatenus alij filij in tempore , Christus ab æterno prædestinatus in Filium Dei , id est , ut subsisteret in persona Filij Dei ; uti dicunt Expositores & PP. in Rom. 1. & Scholastiçi cum D. Thom. 1. Sent. d. 40. quest. 2. & 3. part. quest. 24. art. 1. sensu quo Pater dixit : Hic est Filius meus dilectus inter dilectos Filios Dei. Hic , non alius , etsi multi sint , & ipse primogenitus in multis fratribus. Hic , in quo inhabitat tota divinitas corporaliter , unctus donis & charismatibus præ participibus suis. Hic , quem similem vobis foris agnoscitis , & est Deus-homo. Hic est Filius meus dilectus : Filius meus à me procedens , & dilectus dilectione increata & æterna. Hic est Filius meus , cui ex me & mecum esse sine tempore est ; quia nec genitor genito prior , nec genitus est genitore posterior. Hic est Filius meus , quem à me non separat Deitas , non dividit potestas , non discernit æternitas. Hic est filius meus per quem omnia facta sunt , & sine quo factum est nihil : qui omnia , que facio similiter facit : & quicquid operor inseparabiliter mecum , atque indifferenter operatur. Hæc Leo ubi suprà. Quod quidem nequit prædicari de alijs Filijs Dei vivi , ut patet. Nî velis intelligere esse in Christo essentiali , qua de causa dicitur : Tu es. Es per essentiali , vel cuius esse est esse : igitur alij sunt Filij Dei vivi , sed tu es Filius Dei vivi , & quia Filius Dei es , es , & non sis. Expresit Syr. legens : Tu es Messia , Messia Deus & homo. Tu es homo , & factus homo ; sed Filius Dei non es factus , sed es : & es , quia Deus & Filius Dei es , procedens per intellectum à Patre , verus de vero , æternus de æterno , qui in tempore apparuisti , & ante tempora extitisti , in tua divinitate impassibilis , & in humana carne mortalis. Hæc sententia tota Petri dicens : Tu es Filius Dei vivi. Alia & congrua , Tom. 5. T. 3. in Exposit. liter. à num. 67. ubi patebit quomodo Filius & Verbum.

Leo Pap.

Christus ab
æterno Filius
Dei.

Math. 27.
5.

Leo Pap.

Alij sunt
filij Dei.
Christus est
non fit.
Syr.

31 Occurrit ex dictis dissolvendum difficile Ioannis testimonium circa filiationem hominum per gratiam iustificantem. In propria venit Filius Dei caro factus , homo Deus , & sui cum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum , dedit eis potestatem Filios Dei fieri , his qui credunt in nomine eius. Non facillia intellectu verba prolata propter oppositionem sententiarum etiam ex proprietate terminorum. His qui cum

Ioan. 1. 12.

eum receperunt , dedit potestatem Filios Dei fieri. Filij Dei sunt , qui eum recipiunt. quomodo possunt fieri , si iam facti ? Si non facti , quomodo eum receperunt ? Deinde : Filij Dei sunt homines per gratiam sanctificantem , quæ non est in potestate hominis ; alias prima gratia posset cadere sub merito recipientis : quo ergo pacto gratia dabitur potestas , ubi doni ex potestate omnimodò impossibilitas ? Denique : potestas est ad actionem , non ad receptionem : ad facere , non ad fieri : quare ergo dicitur potestas ad Filios Dei fieri , ubi solummodo actio quit esse sub potestate ? Extricetur ergo nodus. Hic Evangelista loquitur de Fide in Verbum Dei quod venit ad homines caro factum : verum non de fide viva , seu formata per charitatem , homines facientem filios Dei , confortes divinz naturæ ; sed de fide nuda , seu informi , qua recipitur Verbum Dei , & sine qua homo nequit esse Filius Dei ; quippe qui non credit , iam iudicatus est , quia non credit in nomine Unigeniti Filij Dei. Per fidem sic recipitur , sed receptione fidei recipienti non fit Filius Dei ; sed potestatem habet , ut fiat Filius , quod non fieret sine fide : & supposita fide , per gratiam Filij adoptivus fit. Unde qui receperunt per fidem , dedit potestatem , ut filij fiant per gratiam sanctificantem , quin ad fieri facti fit potestas hominum , sed ad faciendum & libere faciendum. Quapropter sensus testimonij est : Eis , quotquot receperunt per fidem , id est , qui crediderunt in nomine eius (hoc est , in eum) dedit potestatem , ut fieri possent Filij Dei per iustificantem gratiam : quod summum donum est , & insigne divinz in homines charitatis : quandoquidem potuit disponere , donum fidei nullam habere connexionem dispositivam filiationis Dei ; quanvis innata benignitate fundamentum fecerit ad charitatem & gratiam , qua Filij Dei nominemur & simus. Hæc delibavi de textu Ioannis , & de litera textus.

Epilog. excursus.

32 Versiones variaz sunt , ut vidimus. Dominus ipse est Deus , & non est alius præter eum. Hebr. Iehovah ipse Elohim : non adhuc ab in solo ipso. Caietan. Ipse est Deus solus sic , quod nullus alius est Deus. Maluend. Ihub ipse Elohim , non adhuc de testi. ad solum eum. Pers. Deus solus , cum eo non Deus alienus. Ego ego sum ipse , & non est Deus præter me. Ar. Montan. Solut Dominus , & alienigena non est cum eo. Rab. Ionath. Quod ego nunc sim , qui sum & fui , & ego sum qui futurus sum. Targ. Ierof. Ego iam in verbo meo ille sum. Modò ad mores sermo fit , ut quaramus ex corde eum , qui est.

Deus recipitur per fidem ad gratiam sanctificantem.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Dominus ipse est Deus & non est alius. Præter Deum Patrem , sunt duæ divinae personæ : sunt alia , verum sunt ipse : igitur in unica essentia Deitatis sunt tres hypostases.
- 2. Ipse est Deus : non est alius præter eum. Dei Filius signatur à Petro ut alius : & verè quanvis sit ipse ; quippe est alius : non aliud entitate divinz substantiæ , cæterum alius proprietate personæ.
- 3. Ipse est Deus & non est alius : sed est alia , quæ Deipara , sine forma Dei , Dei admirabilis forma : equidem producens hominibus pignus pacis , in se mirabiliter conciliavit ima summis.
- 4. Ipse est Deus & non est alius præter eum , ut Conditor in auxilium hominum ; sed est alia præter eum hominibus

in auxilium : siquidem patrocínio Virginis-Matris sublevantur labores humani generis.

5. Ipse est Deus , & non est alius. Credit , sed operibus contradicit Catholicus : siquidem ita in templis audet in Domini offensam ; quasi alius Deus subsisteret , qui defenderet iniuriam.

6. Ipse est Deus & non est alius. Cogitationes ambitionis rescantur , que rationes status in statu rancionis sunt , ut titulo prudentiæ , non Deo consulat qui Prælati , sed sibi : & ubi huiusmodi ambitionis incuitus , suggeritur , Ipse est Deus & non est alius ; quoniam ut Prælati rebellem subigat subditum , nihil aliud debet respicere præter Deum.

